



415

413

419

409

424

404

464

364

400

sermone, (153 A) ut habetur Matthaei V. Hic autem cum Dominus diutius orasset, mirabantur discipuli, quomodo oraret, et doceri se orare postulabant. Quibus eandem formam tradidit, sicut prius in publico sermone praedicaverat. Haec oratio omnes orationes antecellit, quia ipsius Salvatoris ore prolata fuit, qui in ea omnem precem nostram salutari sermone breviavit. In illo ergo loco orationem dominicam devotius diximus, et locum crebrius deosculati sumus. Credo autem hanc ecclesiam dominici panis dictam pro eo, quod in ea et panem supersubstantialem et corporalem jussi sumus petere. In loco illo stat modo cisterna profunda, sed sicca.

De loco, in quo Christus sermonem fecit de VIII beatitudinibus.

Domum panis reliquimus, et progressi in descensu ad locum venimus, in quo erat via, lata petra et plana obducta, quasi esset marmore pavimentata. In hoc loco Christum sedisse dicunt, et sermonem de octo beatitudinibus prius factum in Galilaea in monte et in loco campestri, hic discipulis repetiisse, et resumisse, sicut de oratione dominica manifestum est cum fecisse, quamvis hoc ex Evangelistis non habeatur. Nam Matthaei V. habetur, quod octo beatitudines praedicavit in monte, et easdem repetiit postea in campestri loco sub monte in provincia Galilaeae, Lucae 6. Et postea, quando venit in Judaeam, easdem in hoc loco creditur iterum praedicasse, quod tamen non habetur, sed antiqua sanctorum traditio habet, etiam in hoc loco sermonem illum pretiosum factum fuisse; sicut praedicator bonam et utilem materiam habens eam quandoque aliquoties praedicat, et in eodem loco, et in diversis. In hoc loco prostravimus nos in oratione, et indulgentias accepimus ibi positas. (†)

314

De loco, in quo Dominus praedixit discipulis iudicium extremum.

Sub praefato loco venimus in eum locum, de quo habetur Marci 13. In quo sedit Jesus cum discipulis suis, et interrogatus

Ende

Anfang